Quelle: http://manuscripta.at/?ID=37653
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Observandum est praeterea, inter Opera Hugonis Editionis Venetae, non reperiri Prömium et Praefationem ante Didascalicon nec Opusculum de 12. Abusionibus Claustri, nec De 2. Piscinis, nec de Orando Deo, insuper nec Cl. Cave de his ullam mentionem facit. Attamen Opera Hugonis esse colligi potest tum ex hoc antiquo et accuratè scripto Codice tum etiam ex alio: H. 4.

Cod. Membr. Saec. XIII. circiter. in cujus prima et ultima pagina legitur: Iste Liber pertinet ad sanctam Mariam Gotuwich v. Gotwich. J. 76 21.

Henrici de Frimaria, seu, de Vrimaria Ord. S. Aug. Tractatus de Instinctibus. incipit: Licet verbum propositum &c: Hoc Opusculum impressum extat Venetijs. 1498. teste Posevino. Cod. Chart. in 4to. M. Saec. XV. E. 284 20.

Henrici Susonis. Horologium Spirituale. item Cursus de aeterna Sapientia. videatur Lit. S. subtil. Susonis.

Humberti de Romanis Ord. Praedicatorum. Expositio Regulae S. Augustini. incipit Prologus: Cogitanti mihi de Sermone qui exijt inter fratres &c: incipit Capitulum 1um: Inter multas et varias Regulas &c: Typis hoc Opusculum jam prodijt Comi. ao: 1605. in 8vo. item Montibus ao: 1645. in 4to. Cod. Chart. in fol. M. Saec. XV. C. 431 31.

Heinrici Gottwicensis Monachi recensio Librorum quos Ecclesiae Gottwicensi attulit. Extat haec notatu dignissima recensio in ultima pagina Codicis G. 10. sicque incipit: Isti sunt libri, quos frater Heinricus &c: Manu circiter Saec. XV. G. 14 10.

S. Hieronymi Presb. Commentarius in Ecclesiasten. incipit Praefatio: Memini me ante hoc quinquennium &c: incipit Commentarius: Verba Ecclesiastae filij David &c: Cod. Membr. in fol. M. Saec. XII. G 24 25.